



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Peregrinvs terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super  
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

Lib. 6. De forma Iudicii Vniversalis & memoria Inferni

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)



# PEREGRINI TERRÆ

seu

*Preparationis ad bonam mortem.*

PARS III.

LIBER SEXTVS.

*Forma Iudicii vniuersalis, &  
memoria Inferni.*



Propinquante tempore à Deo  
terminato ab æterno, quo finis  
netur tempori, vltimo Mundi  
nec non Regnum Christi ad suam  
cetur perfectionem & completem  
varias Iudex noster vniuersalis parabit expedire  
legationes ad homines, quibus hanc suam detest  
tam voluntatem diuersis signis & prodigijs man  
bit. Ecce adimplera cuncta Prophetarum et  
quò ad euentus præcedentes Iudicium: Super  
tarat, vt verificetur vltimus eius actus, qui est

dicii. Quàm iucunda & gloriosa ea erit repræsentatio bonis: O quàm mœsta & miserabilis ea erit repræsentatio malis! De hoc ultimo actu differendum est de ultimis captivibus, in quibus tùm propter magnificentiam Judicis, tùm propter Assessorum qualitates, tùm etiam ob alias circumstantias, distinctè exponendas, clare perspicitur, quàm merendus sit magnus ille dies, & quanto studio in hac vita nos præparare debeamus, ut in eodem dispositi compareamus.

## Magnificentia Judicis.

### CAPUT I.

UT in præsentis capite exordiamur à magnificentia & excellentia Judicis; ex septem conditionibus & circumstantiis, quarum sacri Evangelistæ mentionem faciunt, ista eruitur: ex excellentia Throni, Maiestatis, in qua Christus apparebit, ex Potestate, ex Gloria, ex Virtute, ex Angelorum comitatu, ex Vexillo Crucis, ex congregatione Gentium: *Videbunt Filium hominis venientem in nubibus cum virtute multa, & gloria, cum potestate magna, & maiestate, & omnes Angeli cum eo. Parabit signum Filii hominis in cælo, & congregabuntur ante eum omnes gentes.* *Mar. 33. Luc. 21. Matth. 25.*

### Thronus.

EX rationabili cõiecturâ, nostro modo loquendi, affirmare possumus, quod sanctus Michael Archangelus, prove officii eius ratio & convenientia exigit, immediatè ante adventum Christi iam iam in Mundum venturi, cunctis cœli incolis Domini sui sit indicaturus intentionem, quâ ratione, videlicet, is in publicum prodire, & Mundo apparere intendat magnâ cum pompa, talique apparatu, qualem nullus hastenus vidit, neque deinceps visurus est, ac modo insolito egressum è proprio Empyreici loco mediterur, quemadmodum alia

M 5

vice

*Suarez 3. p. tom. 2. disp. 51. sect. 4. Idem loc. cit. sect. 3. Cornel. Matt. c. 25.* vice fecit, quando propriae Matri in assumptione obuiam praecesserit. Praeterea omnibus intimis illis compareant sub specie & forma iucundissima, & sacrosanctae Humanitati Christum fieri possit, assimilari satagant, vestimenta corporea, pulchra, decora ac resplendente.

Omnis spiritus caelestes ex Choris & Hierarchiis, hoc recepto nuncio, sese exhibebunt primos, ut obediant Regi suo, compareantque multaturo gaudio: neque solum in assumptis consplendore & gloria coruscantibus se sistant, verum pro maiori solemnitate triumpho Christi multis aulæ pulsantes instrumenta decantabunt & encomia sui Salvatoris.

Jussu deinde Principis Ducis caelestis militiae exercitus quidam Angelorum caelo prodibit, in aëre thronum sedis instat, nubibus formaturus, in quo sedens apparebit Rex gloriae. Subito magna Angelorum multitudo conspicitur caterua, qui, ut ita loquar, ad thronum admovebunt. Ingens formabitur ex illis representans speciem & formam alicuius sedulis, sub qua magnus constituetur numerus Angelorum ex choro Thronorum, ut thronum ad nuntium, qui in eos sedebit, moveat. Verum dum illi praestolantur aduentum sui Domini, con-

*Suarez l. c.* nostant spectant conditiones huius throni. Hanc formam curus triumphalis efformata tres praehabebit conditiones: primo, erit lucidissima, *lucidior Sole*: & lumen hoc recipiet à lucis radiis corpore Christi prodituris. Pro maiori explicitio-  
*Dan. c. 7.* minis huius, vocat Propheta thronum Christi  
*Matth. 24.* num flammæ ignis: *Thronus eius flamma ignis*

que unica duntaxat nubes erit, sed plures sunt globatae, iuxta Divinum oraculum: *Videte hominibus venientem in nubibus.* Ex quo liquet, quod scire descensum Christi ad iudicium, quod ascensus eius in caelum: in hoc namque ab re nibe susceptus fuit: *Nubes suscepit eum ab oriente in illo vero à pluribus suscipietur nubibus.* Sed aliquis: si Christus descendet in nubibus, re-

Tostat. in e.  
24. Matth  
q. 180.  
Marc. 13.  
Luc. 21.

Luc. loc. 6.

Tostat. lo. 6.

S. Thom.  
opusc. 69.

COPIA  
DE RE  
V. V.

fert sanctus Marcus Evangelista: cur igitur sanctus Lu-  
cas loquitur in numero singulari: *Videbunt Filium ho-*  
*minum venientem in nube*; Respondeo Christum descen-  
surum in vna & pluribus; quia vna immediatè claudet  
& tanget corpus eius, alia verò illud ornamenta loco  
vnde quaque circumdabunt. Insuper dubitant alii, an  
nubes illa quæ immediatè claudet corpus Christi, sit fu-  
tura eademmet illa, quæ ascendit in cælum. Sunt  
nonnulli, qui respondent affirmatiuè, ducti verbis Ev-  
angelistæ: *Quemadmodum vidistis eum euntem in cæ-*  
*lum, sic veniet*: ergò in eadem nube conseruata, aut re-  
producta. Verùm communis opinio est, eam fore  
diuersam; vnde illud (sic) *non determinat modum, sed*  
*adum tantum ascendendi & descendendi*; & vult dicere  
Evangelista, quod, sicut in cælum ascendit Christus  
Dominus noster; ita descendet, licet diuerso modo &  
apparatu.

Secunda conditio. *Erunt nubes non solum lucida, sed*  
*procellosa spirantes ignem & fulgura in impios*. Sicque ea-  
dem nubes delectabilis, grata & iucunda erit oculis Iusto-  
rum; horrida verò, terribilis & ingrata oculis impii-  
orum.

Tertia conditio. Erunt nubes sacrosanctæ & sacratæ  
per contactum sacratissimi corporis Christi, ac propter  
ea huic Diuino vsui solum dedicatæ: vnde terminato  
earum officio, finito ac completo Iudicio, statim  
ac Christus ab eis recedet, resoluentur in materiam  
primam; nec ad vllum alium vsum deputabuntur. Ex  
omni igitur parte hæ nubes dignissima sunt, ac  
nobilissima. Primò *propter originem*, quia aut im-  
mediatè à Deo per creationem, aut ministerio An-  
gelorum productæ sunt, nec suum principium à terra  
deducunt & agnoscunt, quemadmodum alia nubes ex  
vaporibus & exhalationibus terrenis formatæ, quæ  
eo tempore cessabunt, quo cessabit motus cælorum.  
Secundò, sunt etiam nobilissima *propter materiam*, quæ  
aut erit de nouo à Deo creata, aut erit substantiæ aëreæ  
iam renouatæ & perfectè purgatæ per ignem, &  
quasi ad gloriosum quendam statum eleuatæ propter  
augmentum luminis. Tertio, nobilissima quoque  
sunt *propter officium*, quod est totum sacrum & Diuinum,  
Hinc

Hinc undique repletæ erunt spiritibus beatis  
 Deo Vno & Trino, qui tanquam Judex prius  
 Judicium accedet, sed modo incognito & in-  
 cognita denique Humanitate Christi in statu  
 & glorioso eadem vestitâ Gloria, cum qua  
 in cælis. O Nubes gloriosa & benedicta, qui-  
 bus exprimeret poterit dignitatem vestram? qui  
 inibus & titulis vos condecorare & appellare  
 appellabo vos curtus nobilissimos Triumpho-  
 rum & Divinissimi Christi, sedem & thronum  
 Divina Maiestatis, tribunal Divinae Justitiæ,  
 sedem procedet Judicium rationalis naturæ:  
 Oratores, qui gloriam exponitis Divinarum  
 virtutum, proclamatis Christi Divinitatem, eumque  
 esse Deum & Hominem demonstratis: manifestatis  
 finitatem eius potentiam, infinitam iustitiam, &  
 misericordiam. Vos estis specula lucidissima  
 bis namque boni æternam suam contemplant  
 tatem, mali æternam miseriam. O quantam  
 invidiam status vester totus Divinus, non  
 humanus! O quam lubenter vos imitaret? De-  
 rem animæ meæ, ut ad imitationem vestram  
 Christi sedes, habitaculum & templum Dei,  
 exequeretur munus & officium, alium non inter-  
 nem, quam ut totam se impenderet servitio Dei  
 non nisi Angelorum frueretur societate & com-  
 eam mouerent, ducerent, & custodirent firmo  
 bilem semper in Divino amore. Hæc de Divi-  
 no Angelorum ministerio fabricato sufficienti  
 cælestes spiritus aliam adhuc, & hinc similem  
 materia formabunt sedem imperialem, quæ pro-  
 inſeruiet sanctissimæ Matri: quia nunquam  
 Matre. Est ab æterno prædestinatus lesus, & cum  
 Est incarnatus, sed de Maria. Reclinatus  
 sepio, sed à Maria. Adoratur ibi à  
 lesus, sed simul cum Maria. Pendet in cruce  
 sed prima iuxta crucem Maria. Resurgens pro-  
 ruit Maria. Ascendit in cælum, sed ut prom-  
 dona Maria. Sedet ad dextram Dei, sed conſe-  
 tro Mariâ. Deniq; venturus speratur ad  
 quis non etiam cum illo venturum, atque etiam

Cathar.  
 lib. 1. de  
 Concept.  
 B V. p. 6.  
 mihi 16.

...suo: laetari contemplatur Mariam? Ergo nunquam  
...us sine Matre: ubi erit filius, ibi & Mater erit: ubi  
...us, ibi Maria. O Dignum nexum & copulam nun-  
...am in aeternum separandam!

Bethsabea, figura Beatissima Mariae Virginis, col-  
locata fuit in throno particulari ad dextram Salomonis  
...: *Positus est thronus Matri Regis, qua sedet ad  
extram eius.* Idem asserendum est de throno Matris  
Dei, eum collocandum fore vicinum throno Christi, &  
ad dextram eius. Siquidem omni ratione & humana  
& Divina consentaneum est, ut filius honoret Matrem,  
sic die illo compareat quoque B. Virgo Maria ad glo-  
riam & consolationem suorum devotorum clientum.  
Et quod gaudium, quam laetitiam & iubilum tunc per-  
cipere debi visâ Regina & Matre misericordiae: à  
qua, & per quam eam, quam adepti sunt, agnoscent  
torum? Qualem tristitiam, & internum cordis cru-  
entum sentient mali, videntes B. Virginem noniam  
Matrem Misericordiae, sed Matrem Iustitiae effectam,  
consistentem filio, eiusque Iustitiam magnificentem?  
Iste erit secundus thronus, post thronum Christi. Infra  
...formabunt Angeli adhuc alios thronos in situ infe-  
...ri, in quibus sedebunt Christi Assessores, illi, nimirum,  
...i, qui simul cum Christo iudicabunt, ut mox dicetur.  
Finita hac primâ functione Angelorum alii remane-  
...nt in custodia throni Christi, alii suum adibunt Du-  
...em & Principem operis sibi impositi intimentes exe-  
...utionem. Tum S. Michael visâ caelesti suâ militia in  
...rdinem iam redacta, & pompose adornata, ut Chri-  
...tum in glorioso suo triumpho committetur, monebit Re-  
...rem suum & Dominum, quod iam parata sunt omnia.  
...et ecce ordine procedunt Angeli, resonant undique tu-  
...bae, sonus auditur caelestis aulae melodia, ultimo loco  
...venit Christus cum Matre sua, penetrat caeli, s. veluti eos-  
...dem penetravit in Ascensione sua. Cuperti caeli ciues  
...& incolae comitantur, omnes ei applaudunt, nec vnus in  
...caelis remanet, egrediuntur omnes, civitas Dei rema-  
...net deleta, & terra mutatur in caelum. Ascendit  
...Christus thronum suum, ubi & suam Virgo Deipara.  
...Iuber & praecipit ceteris Angelis S. Michael, ut paulatim

3. Reg. 2.

UNIVERSITÄT  
PADERBORN



Tostat. in  
Matth. c.  
14. q. 179.

tim & regiâ; quâ par est, grauitate moueant thronum  
orsum ad eum usque locum, in quo Christus redire  
dicaturus, idque subito executioni mandabitur.  
usque de prima circumstantia, videlicet, de Ma-  
ria Judicis, qua resultat ex dignitate throni,  
secundâ de Maiestate.

### Maiestat.

Matth. 25.

**C**um venerit Filius hominis in Maiestate sua,  
quâ magna sit Maiestat. Christi externa & ter-  
in qua ventur<sup>o</sup> ad Iudicium apparebit, facile ex-  
fici poterit. Venit, ut cognoscatur Deus; venit  
nifestetur eius Diuinitas: venit, ut Muodo in-  
eundem, qui fuit Crucis affixus ligno, tanquam  
probrium hominum & abiectio plebis, esse ve-  
um, Regem & Dominum omnium creaturarum  
tius Vniuersi Iudicem: vnde habet in ve-  
in femore suo scriptum: Rex Regum, & Domi-  
nantium. Igitur Maiestat. erit, non humana, &  
ri hominis, sed Diuina, & vniuersi hominis Dei.  
Maiestat. erit, ut, opinione Doctoris Angelici, peccato-  
iam & infideles, absque eo, quod videant Deum  
Christi, & destituti etiam fidei lumine manifeste  
sint, Christum esse Deum, propter signa, quæ  
bunt, Diuinitatis manifestissimi: Etiam impij  
cognoscent Christum esse Deum, non ex inspectio-  
nitatis, sed per manifestissimam Diuinitatis in iudicio.

S. August.  
apud D.  
Anton. p. 4  
11. q. 12.  
Psal. 21.

Apo. 19.

Matth. 25.

Add q. 90.

Tostat in  
Matth. c.  
24. q. 184.

Hac Maiestat. Christi Leo digna creden-  
cialiter ex apparatu externo, in quo apparet.  
men Maiestat. aliud non significat, quam Magni-  
status: vnde Ma. est. idem est, quod maior & mag-  
status, ut propterea non omnibus competat, sed  
& dignissimis Personis, quales sunt Reges & Impe-  
res. Ergo si apparatus & status, in quo Christus  
in conspectum omnium, in die Iudicii, est in ma-  
finita pompæ & magnificentiæ, infinita quoque  
Maiestat. in qua apparebit. Ad statum & apparatum  
ternum Christi pertinet, primum ornamentum & p-



exhibitio nubium, que iuxta mentem Origenis, erunt  
 materia cœlesti, vnde dicuntur, *nubes cœli*. Quia  
 remadmodum Christo ingrediente civitatem Hiero-  
 ymitana, fideles prosternebant vel timentia sua in ter-  
 ra, ut supra eadem graderetur & ambularet Saluator ;  
 eodem hinc Mundum inferiorē ingressuro, Angeli  
 r aërem cœlestes spargent nubes, ut supra eas Christ⁹  
 cedat, & veluti scabellap edum eius ipsi inferant. In  
 hoc dominio, nubium Christus suam etiam monstrabit  
 civitatem, quodque Homo sit & Deus simul, habens  
 & potestatem vniuersalem super omnia ; *Ostendens,*  
*quod etiam nubes obediāt ei.* Multum in super iudicis Ma-  
 iestati conferet grauitas motus, qua se mouebit ad lo-  
 cum iudicij. *Ad istum apparatus pertinet, quod ve-*  
*nit de celo successione morosa, id est, ea cum grauitate,*  
*in regiam decet Maiestatem.* Quia si in momento  
 descendens fieret Christus in loco determinato iudicij,  
 non videretur venire, veluti referunt Evangelistæ, sed  
 venisse, neque sciretur, ex quo loco, an de terra, vel de  
 celo veniret. *Testat. in Matth. 24. q. 178.*  
 Secundo, ad Maiestatem, & extrinsecum Christi ap-  
 paratum pertinet multitudo famularum & aulicorum ;  
 multitudino populi dignitas Regis & excellentia ali-  
 quos Principis speciatim elucet & manifestatur. Equis  
 innumerabilem Angelorum numerum, qui Christi ser-  
 uio & obsequio attendent, enumerare poterit ? Millia  
 illorum Angelorum per aeris caput ad cœlum vsque  
 spectatorum conspiciuntur, & omnes in corporibus So-  
 lis instar radiantibus comparebunt. De famulis & au-  
 lis Regis Salomonis legitur, quod omnes splendidis  
 vestibusq; induti vestibus, & *Capilli eorum erant*  
*auri ramentu aspersi, ut ad solarem radiorum contactum,*  
*algorè capite eorum reflecteretur.* Ast longè maior &  
 splendidior erit pompa aulicorum Christi : non tan-  
 tum caput & crines, verum & corpora eorum in splen-  
 dore lucem Solis superabuot. Vidit Daniel Propheeta  
 Christum iudicem cū Maiestate sua throno insidentem,  
 & de pompæ illius apparatusq; magnificentiam descri-  
 bere statim subiungit : *Millia millium ministrabant ei,*  
*centies milles centena millia assistebant ei, & cuncti re-*  
*uerentes*

C Y S T I  
 D E R E I  
 O V

176.

Proverb. 14

Joseph  
Hebr. lib. 8  
de Antiq.  
c. 7.

Dan. c. 7.

uerentes & amantes dulce decantabant epitheta  
nuptiarum inter Christum & Ecclesiam celebrant  
quia adueniebat ut Judex omnium, & ut sponsus  
marum electarum. Et quid mirum est, tot excelsis  
parere spiritibus, tot generosos caeli principes &  
tantamque multitudinem Cherubimorum & Seraphi-  
corum, qui prostrati, humiliati & quasi in tribulatione  
sibi reuerentur & adorent praecelsam Mundum  
ecclesiam, vniuersalem creaturatum omnium Iudeo-  
maiestate suae gloriae confidentem! Audite

*Matth. 25.* illae Angelicae suavissimae & dulcissimae: *Ecce Spon-  
sus, exite obviam ei.* Ecce Sponsus animarum  
ratus gentibus, gaudium beatorum spirituum  
caelo venit in terram, ut sponsam suam Ecclesiam  
matrimonii foedere iungat. Venit gaudens &  
venit in abundantia suae Gratiae: venit in vnicuique  
bonum, vnicuique Deus, vnicuique Amor, vnicuique

*Theff. 6. 4.* Sponsus: *Exite obviam ei.* Et quo modo? *Re-  
det Apostolus: Rapiemur in nubibus obviam  
aura.* Considerari potest, Angulos custodes  
caelo descensos, ut reuerentur sponsas Chri-  
stemlibet speciali honore eam excepturum, &  
sturum in splendidissimo ac lucidissimo nubis  
caelum usque, quae ei ad custodiam suam depar-

*Caribus.* O beatum Christi occursum! O felicem occursum!  
*piemur in nubibus: o praedulcia verba! Obviam*  
ad nuptias, ad delicias, ad festum, ad gaudium  
num. Et subiungit Apostolus totius felicitatis  
plemendum: *Et sic semper (id est aeternaliter) cum  
no erimus)* & cum hac gloria & plenitudine omni  
per totam aeternitatem regnabimus cum Christo  
*cum Domino:* nil maius aliquid dici aut extogitari  
est: *semper cum Christo:* quod est idem dicere, *semper  
mari quodam & oceano dulcedinis, suavitate  
voluptatis, & semper, in aeternum, & ultra, sine fine  
ciudit sententiam suam Apostolus: In aeternum  
in vicem in verbis istis.* Nemo sit, qui in alio  
spe: et consolationem suam, non in possessione  
terrenorum; sed seipsum consoletur duntaxat  
magno illo iudicii die, eundi obviam Christo.

etiam hac distio, *inuicem*: Si videtis proximum ve-  
 strum in tribulatione & afflictione constitutum, cum  
 hac spe consolamini, dicendo: noli te nimium contrista-  
 re, hac enim tua tristitia conuerterur in gaudium: *quia*  
*semper cum Domino erimus*: & quando alios conspexeritis su-  
 perbos, arrogantes & in bonis presentis vitæ suam  
 collocantes spem & consolationem, liberè eis dicite:  
 nolite in hac spe gaudere, sed gaudete potiùs, quod *sem-*  
*per cum Domino erimus*: O fœlix nuncium: o beatam  
 spem! Beatior est, qui in vita hac dicere poterit: *sem-*  
*per cum Domino erimus*, viuendo semper in presentia &  
 unione cum Deo. Securus ac certus erit de presentia  
 visionis, qui in hac vita habuerit presentiam fidei. Et  
 hæc desertio & obsequio, quod Angeli Christo Do-  
 mino in futuro Iudicii die exhibebunt.

### DE ADORATIONE.

*Quam Angeli & alia creatura Christo  
 D.N. exhibebunt.*

Mensuras Maiestatis Christi monstrabitur etiam in  
 communi & vniuersali omnium creaturarum applau-  
 ditu. Cunctæ creaturæ Christo applaudent, omnes eum,  
 Regem & Dominum suum, adorabunt: aliæ spontè  
 & ex amore, veluti boni & iusti; aliæ co-  
 actè, veluti mali & impii. Quàm gloriosum erit videre  
 gaudium & iubilum Sanctorum & Angelorum, quo ad-  
 orabunt Dominum & Patronum suum! Scriptum est:  
*Cum iterum introducit primogenitum in orbem terra, di-*  
*cent: Adrent eum omnes Angeli eius.* Primâ vice, vi-  
 uentibus nonnulli voluit, adorarunt eum in Incarnatione: Se-  
 cunda adoratio gloriosior erit in Iudicio vniuersali.  
 Omnes, & Sancti, & Angeli prosterneant sese ante sanctos  
 pedes, sacra illa vulnèra osculabuntur, deponent  
 coronas suas ante thronum Christi: *Mittebant coronas* Apoc. 4.3.  
 suas ante thronum, quo innuitur, eorum salutem & glo-  
 riam, non ipsorum, sed Christi opus esse: *Domini est sa-* Alia litt.  
 Thom. Posterior. N *lus Psal 3.*

CONSILII  
 DEREI  
 IN  
 O V

Apoc. 6. 7.

lus, Domini est saluatio: nostra salus, non à nobis  
Deo est: Solus Deo nostro, qui sedet super  
attribuatur gloria Dei, qui sedet in throno  
luz. Peractâ adoratione, Christus propius  
eos subleuabit, admittetq; ad suos per charos  
& oscula pacis, cum infinita dulcedine & con  
Sanctorum. Post adorationem Christi adorant  
nam suam Virginem Deiparam, tanquàm veram  
turalem Dei sui Matrem, dicentes: Benedicta  
mina, in æternum, & Maiestas tua in seculum  
gentibus preparatis ad escam, & de manibus  
tuum nos, liberauit nos gratia tua: quia tuâ  
gratiâ, protectiõne, & intercessiõne eripisti  
rocibus Tartari leonibus, qui animas nostras  
re desiderabant; Te dicit laus, te decet imper  
virtus & gloria in seculorum secula, Amen.

S. Bona. in

Psal. B. V.

Psal. 3.

In hoc adorationis actu præsentem erunt,  
cœlestis aula cantores, Et canentes in citharis  
tabuat: Dominus conterens bella, Dominus  
nimirum: Christus victor gentium, Christus  
tor hostium, Christus triumphator in bello,  
expugnauit Infernum, Christus superauit & pro  
omnes suos inimicos,

Judith. 6.

18.

## DE ADORATIONE

Quam Demones, omnesq; damnati  
D. N. exhibebunt.

VERUM, quàm funestum, triste ac horre  
spect. eulum ex alia parte, videre adorationem  
exhibebitur Christo ab inimicis eius; à filiis pecc  
Accedent Angeli beati, fidelissimi Diuinae iustit  
stii, ac miseros capient damnatos, tam Hæm  
Demones: hi namque cum comparebunt in corp  
assumptis turpissimis & monstruosissimis, ad  
corum confusionem, & vt oculis corporeis ab  
conspiciantur, & carnis igneis conducerentur ad

Cornel. in

Matth. 2. 21

Iacob. 2.

Diuini iudicis, vbi credent & contremiscunt (*credunt*  
 & *contremiscunt*) sed multo magis experientur in seipsis  
 veritatem & immensitatem Diuinae Justitiae confitebun-  
 tur propria retinente voluntate, ac rationibus, signis, &  
 expectantia conuicti, quod ipse (*Christus est Deus*, quod  
 patens iudex est Filius aeterni Patris, quodque vicina  
 ei assistens Regina sit Virgo Deipara, & sanctissima Ma-  
 ter eius; & credentes adorabunt, & adorantes vlabunt,  
 et clamabunt, vociferabuntur, blasphemabunt, statum suum  
 & conditionem detestantes condegnantesque. Ecce verifi-  
 cabitur Diuini illud oraculum: *Ponam inimicos tuos sca-* *Psal. 109.*  
*bellum pedum tuorum*: ponam, inquit Pater aeternus, om-  
 nes inimicos Christi Filii mei, vt scabellum sub pedibus  
 eius, & filii inobedientes, contumaces & rebelles pae-  
 ni, inferos adiudicabuntur. *Vbi Christi pedibus perpetua*  
*comprimantur, & poena aeterna mulctabuntur.*

In hoc vniuersali applausu & adoratione creaturarum  
 gaudere debemus cum nostro Iudice, quia. *Omne genu* *Phil. 2.*  
*flexatur illi, & caelestium, & terrestrium, & inferorum.*  
*Omnes gentes, quae unquam fecisti, venient, & adorabunt* *Psal. 8.*  
*terram, Domine, & glorificabunt nomen tuum.* &c. vt  
 Dominum & Regem inuum, & in Regno natura, & in  
 Regno Gloriae agnoscent & confitebuntur. Concede,  
 Domine, nobis gratiam, vt die illo tremendo te adore-  
 mus tanquam filii obediens, & non, vt ferui rebelles &  
 contumaces: propria & voluntaria sit nostra adoratio, *S. Aug.*  
 non coacta & violenta: simus cientes & subditi tui in  
 Regno Charitatis & Amoris, & non duntaxat in  
 Regno potestatis tuae & domitii.

Haec sunt motiua & signa, e quibus aliqua ex parte  
 cognoscere possumus imensam Christi maiestatem.  
 Verum his etiam omnibus omissis, solum sufficeret fol-  
 gens Diuini vultus aspectus. Etenim quando Christus  
 adhuc morabatur in terris, vbi maiestatem Diuinitatis suae  
 occultabat, *fulgor ipse & maiestatis & diuinitatis occulta* *S. Hier. in*  
*in humana facie relucebat*: & tale erat lumen illud, vt non- *Matth. 6. 9.*  
 nisi ab inhabitante Diuinitate Humanitati personaliter  
 vultu provenire potuerit: quaedam magis in extremo iudi-  
 cii die, quando non in humilitate, sed in maiestate, non ad  
 celum, sed ad manifestandam Mundo Diuinitatem suam ve-

COYSII  
 DERRI  
 M. I  
 O. V



comparebit totus lucidus, & cunctis cœlestibus  
 lucidior? Si corpus alicuius Beati pro  
 lucidum, & tamen claritas eius solum redanda  
 ma: quanto lucidior & splendidior se in  
 dabit vultus & totum corpus Christi, quando  
 eius derivabitur à Divinitate, & ab Anima: pro  
 quam, non ab Anima gloriosa duntaxat, verum  
 Diuinitate, quæ est principium & fons omnis  
 claritatis, à quo dependet lumen & claritas  
 Animæ? Merito igitur de Corpore Christi  
 iestatis suæ constituto dici potest: *Quod per carnis  
 uinitas foris illuxit, & Diuinum illud lumen  
 vultu Christi emicabat, erat quasi relucens*  
 Hæc de Maiestate Judicis: nunc dicetur de  
 state.

S. Tho. 3. p.  
 9. 4. 5. a. 2.  
 S. Aug. de  
 mirab. sac.  
 script. c. 10  
 S. Hier. ubi  
 sup.

## POTESTAS.

Luc. 21 **V**idebunt Filium hominis venientem in nubibus  
 Potestate magna. Potestas, quam Christus  
 Judicii exercebit, conformis erit Maiestati: quæ  
 modum hæc maxima erit, quam vnquam  
 hibuit: ad eundem modum maxima erit illius  
 Tunc dicere poterit, actuali eam commo  
 entia: *Data est mihi omnia potestas in Cælo & in terra*  
 quia potestate Iudiciaria cœlum terramque  
 retribuens præmium & pœnam æternam.

S. Tho. 3. p.  
 9. 9. a. 1.

S. Tho. loc. c.  
 a. 3.

Apoc. c. 3.  
 S. Aug. 19. in Ioan.

Hæc potestas Iudiciaria communis est toti  
 simæ Trinitati: at per appropriationem competi  
 quia ad iudicandum requiritur Sapientia, & Fili  
 Sapientia genita à Patre: non solum in quantum  
 sed etiam in quantum Homo, & talis Homo  
 Personæ vnitus, Christus hanc adeptus est potest  
 ac propter quatuor titulos: *Ex vnione Personæ, & Fi  
 pitis dignitate supra omnes Angelos & homines: & ex  
 nisudine Gratiæ habitualis: & ex merito Passio  
 Apoc. c. 3. mortis suæ. Ego vici, & sedi cum Patre meo, & in  
 eius: quia vici inimicos meos, & iniuste iudicatus  
 in Ioan.*

inducat, qui iudicatus est. Merito Iudex est, qui fuit sub  
 iudice; merito iudicat, qui iudicatus est. Hic iam  
 considera diuersitatem status, diuersitatem Iudicii:  
 Christum iudicatum, Christum Iudicem: Christum an-  
 te tribunal Iudicum, & totum Mundum ante tribunal  
 Christi: Christum iniuste morti adiudicatum, & Christu  
 iuste vitæ & morti adiudicantem totum Vniuersum, &  
 Angelos & homines; Christum iudicatu, obiectum sum-  
 mæ confusionis, & Christum Iudicem, obiectum summa  
 et caræ gloriæ.

Ecce hisce exemplis docet nos Christus medium  
 gloriæ, viam vitæ: Vici, & sedi, ait Christus: quasi di-  
 ceret: meritum Crucis meæ est præminiu gloriæ meæ; *Apoc. 3.*  
 tale & totum sit, oportet: *Qui vicerit*, qui meis inhæse-  
 rit vestigiis, qui crucem meam amplexatus, meumque  
 exemplum secutus & imitatus fuerit, reddam eum pote-  
 statis meæ Iudiciariæ participem; eique dabo thronum  
 meum, non in futura vita duntaxat, sed etiam in præ-  
 senti, & hic pacis, quietisque thronus erit, quo omnes *Alcazar*  
 illi gaudebunt, quotquot meis obtemperabunt præce- *in Apoc.*  
 ptis & mandatis, ac meæ sese conformabunt voluntati.  
 O qualis est iste thronus! O foelicem sedem! O sedem  
 regalem & imperialem! in qua anima, veluti Regina,  
 sedet, constituta in pacificâ possessione Regni sui do-  
 minatur cunctis inimicis suis, tum externis Mundi &  
 Inferni, tum internis prauorum motuum, inordinato-  
 rumque affectuum.

### FORTITUDO.

**T**unc videbunt Filium hominis venientem in nubibus *Marc. 33.*  
 cum virtute multa (alia littera, cum fortitudine ma-  
 gna). Virtus fortitudinis est virtus quædam addens  
 animum & valorem ad fortiter & sine timore dimican-  
 dum cum inimicis. In hac virtute singularem se exhi- *2. 2. q. 123.*  
 bebunt Christus Dominus noster in die Iudicii: quia cru-  
 delem sumet vindictam de Adversariis suis, eos proster-  
 net, & in nihilum rediget solâ admitandæ potestatis suæ  
 visione. Neque ad Infernum vsque differet eorum  
 N 3 poenam

OYSTI  
 DERREI  
 DIAT  
 O.V

Suarez  
disp. 57.  
sect. 1.

pœnam & cruciatum; sed priusquam abripiantur  
cula, & in horreos illas Inferni caavernas,  
ignis in hac vita persequent. Quapropter  
ipsum precedet, & inflammabit in circuitu  
& circumquaque adiuer peccatores, ut, quemadmodum  
corpora beata, priusquam subirent paradisi  
lesti incipiant gaudere gloria; ita miseriam  
tequam in Infernū agantur præcipites, patiantur  
& cruciatu ab igne.

## GLORIA.

Videbunt Filium hominis venientem in  
cum virtute multa & Gloria. Christus ad  
veniet, non tantum multā instructus virtute &  
ne; verum etiam multā præditus Gloria. Et  
plex erit, extrinseca & intrinseca. Illa Gloria  
cum laude notitia: est gloriosa quædam cog  
laus alicuius hominis virtute præditi. Et hæc  
dabitur Christo ab omnibus in summo gradu  
lum a sanctis Angelis & hominibus; verum etiam  
impis & Dæmonibus. Illi exaltabunt & gloriantur  
Christum in misericordia, & hi, etiam nolent  
gnificabunt eum in Iusticiâ.

Ultra hanc extrinsecam gloriam, aliam habet  
trinsecam ex dotes beatis corpori glorioso  
pronementem: & hæc dotes eo magis es sunt  
beatis alicuius gloriosorum corporum, quò gloria  
Christi magis excedit gloriam Animarū reliquarū  
storum. Inter omnes dotes Impassibilitatis, im  
tis, & subtilitatis effloret ac eminebit dos clar  
quæ simul erit effectus & causa: effectus gloria  
Christi, & causa omnis claritatis, quæ carere  
Suarez 2. beata prædita sunt: siquidem per claritatem suam  
10.3. p. disp. cetera corpora clarificabit. Ultra claritatem  
48. tam Humanitatis Christi, quinque instar  
Recup. in 1. simotum fiderum comparebunt quinque  
p. lib. 6. q. vuheta, utpotè, fontes & causæ omnis Gratia  
19. n. 4. rie in omnes Sanctos redundantis. Quia, illi



...austriam illa: plaga: fuere causa meritoria & moralis  
...alutis nostrae, cunctorumque effectuum Gratiae &  
...dioriae; itaque conueniens est, vt sint causa effe-  
...tua & physica: quia, iuxta principium Scoti, quod  
...on implicat, & ad maiorem Christi adducit gloriam,  
...Christo concedendum est: ergo cum non implicet hae  
...au salta: physica in cicatricibus Christi, us concedatur,  
...porret.

Inquit S. Thomas, vt rüm Christo conueniat habe- *S Tho. q.*  
...e dotes. Et respondet negatiuè: quia Christus est *95. a. 3.*  
...ponus, & Sponto conuenit dare, non recipere dotes:  
...t qui Ecclesia & alii Sancti, qui sunt sponsa: recipiunt  
...dotes. Loquitur nihilominus sanctus Doctor de do-  
...bus solum, quò ad nomen: quia res significata, vt  
...ant qualitates gloriosa, modo eminentissimo, ac pro-  
...ndè eminentiori, quàm reliquis Sanctis, competunt  
...Christo: tamen hoc nomine dotis minimè appellari  
...beant, vt dictum est. Ad eundem modum deter-  
...minat idem Sanctus Doctor, quod, quauis Christus  
...erissimè fuerit & Virgo, & Martyr, & Doctor, non ta-  
...men ei attribuendæ sunt Aureolæ, sub hoc nomine *q. 96. a. 8.*  
...Aureolæ, quò dicit diminutionem & imperfectionem  
...ictoriae. Habet igitur significatum nominis, at non  
...ub hoc nomine, quò dicit imperfectionem.

OYSTI  
DEREI  
D. I  
O. V

Vexillum seu signura Crucis. *Matth. 14.*  
*Tho. V Val-*

**T**unc, nempe, in extremo Iudicii die, *parebit signum* *lib. 3. p. 18.*  
*Filius hominis in caelo*, quò est signum sancta cru- *Jacob. Bol.*  
*is.* Sanctus Chrysostomus cum nonnullis aliis moder- *de Cruce*  
*is existimat hoc signum non fore aliud, quàm idem sa-* *lib. 6. c. 8.*  
*rum lignum, cui Saluator noster affixus fuit. Crucem so-* *S. Chrysost.*  
*lam non relinquet in terra; sed secum eam leuabit ad cae* *Hom. de*  
*lum.* Alii, etto non amplectantur hanc opinionem, *cruc. &*  
*non tamen eam censent esse erroneam; sed quòd sine Latrone,*  
*errone dici potest: quia, licet non sit ex reuelatis non* *Cornel in*  
*repugnat tamen reuelatis. Plurimæ ad sunt rationes, Matth. 14.*  
*ob quas sancta Crux in caelo comparebit, siuè sit illa*  
*eadem, cui Christus suffixus fuit, siue alia ab Suarez*

M 4 *Angeli diff. 57. a. 2*



Angelis fabricata ex materia aurea. Primò, victoria  
tur, quod per crucem promeruerit gloriam sui confitum  
nominis sui exaltationem, dexteram Patris, & ineffe-  
riam potestatem super omnes rationales creatura. Cru-  
cundo, vt manifestetur, quod sit vniuersalis conser-  
uator, Dominus, non solum, vt Deus, propter creatorem, & ille-  
rum etiam, vt Homo, propter redemptionem nostram. A  
Cruce factam. Tertio, ad consolationem bonorum  
quia à Cruce, & per Crucem promanare fatentur cog-  
noscunt suum bonum, & Gratia & Gloriz. Quarto, quan-  
tum ad confusionem reproborum, inimicorum eius ac  
Christi. Quapropter statim ac crux sancta apparetur.

*S. Matt. l. c.*

inquit S. Evangelista: *Tunc plangent omnes Terræ*

*Abulens. in* nate bonis terrenis adhæsere. Tunc dicent miserum

*Marsh. c.*

*24. q. 273.* nos recipite: obtutum nostram in Crucem. Cuius om-

nis exalratam summoque odio à nobis habitam. Signu-

non audemus. Ecce inscriptam ei legimus nota. Signu-

mnationis sententiam. Hoc idem lignum, quod

nobis vitæ fructus producere debebat, causa nobis

petuæ mortis erit. Hæc reproborum meos erit

dis affectus; verum longè diuersus erit affectu-

rum: cuncti Sancti viso crucis signo iubilabunt

iubilo exultabunt, adorabunt principium & fine-

tis suæ, Redemptorem laudabunt, eique gratias

rent, quod per sacratum illud lignum ab æternitate

iplos liberauerit, & ad æternam gloriam eue-

nes vnanimi consensu adibunt, amplexabuntur, &

osculabuntur sacrum illud pignus, ac dicent

*S. Ec. clesia* *Cruce benedicta, qua sola fuisti digna portare*

*Abulens. in* *Mundi, pretium redemptionis nostræ. Verum*

*Matth. q.* dum, quo Crux apparebit, accedamus. Sed

*172.* non terræ proximus, quia ob terræ rotunditatem

omnibus videri non posset; sed in loco aeris cele-

minenti; comparebitque *lucidior Solo*. & hanc

*Abulens. q.* *tur ex voluntate Dei.* Ac propter hanc causam

*176 & 172* sua paruitate à toto Mundo videri poterit: Deum

que efficiet, vt lux eius ab omnibus sit visibilis, et

que, tum vicinis, tum distantibus manifestetur.

... sua magnitudine. Lumen illud concurreret, ut in-  
 ... instrumentum Dei, & eum, quem Deus voluerit, causabit  
 ... Sed notandum est tempus, quo splendor  
 ... sedabit in conspectum omnium: quando, nimi-  
 ... Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum, & *Matt. c. 24*  
 ... de caelo, & virtutes caelorum commouebun-  
 ... signum Filii hominis in caelo: ut no-  
 ... demonstretur, quod tunc quilibet Christianus  
 ... virtutem Crucis, eiusque gaudebit lumine,  
 ... quando affectus creaturarum in corde eius obscurabi-  
 ... ac profus deficient. Quamobrem die illo sola ra-  
 ... Luna lucidior & Sole: sola crux splendescet,  
 ... per Terrasque per totum Mundum diffundet radios: nullum  
 ... aliud aderit lumen, non Solis, non Lunae, neque stella-  
 ... illum: sacrum illud lignum in Mundo ipsius Solis tunc  
 ... fungetur officio, undequaque fulgebit, triumphabit in  
 ... omni loco, & apparebit in frontibus Sanctorum: Tunc *Cornel. in*  
 ... signum Crucis apparebit in singulis electorum frontibus. *Matth.*  
 ... Signemus Seruos Dei in frontibus eorum. Ut significetur *Apoc. 7.*  
 ... merito Crucis gloriam possideri. Capiti huic finem im-  
 ... reflexione quadam spirituali nostro profectui ap-  
 ... vile: & est, quod *Vbi ceciderit lignum, ibi erit: Ad. Phil. 3*  
 ... eundem profus affectum, siue bonum; siue malum,  
 ... quem erga Crucem habueris in vita & morte tua, in ex-  
 ... ludicii die habebis. Si modò fueris amicus  
 ... Crucis, & tunc amicus eris: si modo fueris inimicus,  
 ... & tunc inimicus eris. Considera, quod finis inimico-  
 ... Crucis est interitus, mors & aeterna damnatio; *Phil. 3.*  
 ... fructus amicorum Crucis est vita in  
 ... Gloria & felicitate  
 ... aeterna.

OYSTI  
 DEREI  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...



N 5      Con:

## Confessio & manifestatio uinitatis Christi.

*Matth. 25.* **C**ongregabuntur ante eum omnes gentes. Hæc  
ma conditio magnificentiæ & triumphus  
dicis à sanctis Evangelistis descripta. Omnes  
populi cuiusuis status & conditionis ante con-  
Christi compatebunt: alii in aëre ad eius dexteram  
in terra ad sinistram: & qui in aere, Beati erunt,  
buntque dotibus corporis gloriosi præditi in  
nubibus efformatis.

Primo erunt impassibiles quod ad culpam & po-  
nulla animæ inerit passio inordinati affectus: nul-  
pus inuadet passio, quæ ei pœnam adferat & dol-

*D. Aug. lib. 12. de Civ. s. ult.* Hæc impassibilitas longè perfectior erit ea, quæ  
mus gaudebat in statu innocentiæ: *Adam potuit  
mori, si non peccasset: at Beatus non potest mori.*

dotis immortalitatis & impassibilitatis. Tu quoque  
perfectam illam attingent sanitatem, quæ in hac  
tineri nequit: unde D. Augustinus impassibilitatem  
pellat plenitudinem sanitatis, sanitatem plenam &

*Aug. c. 56. ad Dios.* clarissimam, quæ corpus ab omni & quacunque  
minimâ, ei nociua tuetur & liberat. Præterea est  
S. Ansel. in Elucidar. conjuncta cum summa fortitudine: unde, iuxta  
S. Tho. Ad- dit. q. 73. a. 1. mum, talis erit fortitudo corporum beatorum  
montes. *Et omnem molem terra pede vertere videntur.*

*sent.* Causa huius impassibilitatis duplex est: alia  
eam esse perfectum dominium, quod habet  
corpus, quale & Deus habet in anima Beati: alia  
eam esse quietudinem quandam corpori glorioso  
tem, quæ illud reddat impossibile. Corpora igitur  
riosa cœlestium imitabuntur naturam corporum  
que impassibilia & inalterabilia, peregrinarum  
num alteratiuarum ac destructiuarum incap.  
nonnullus, num vnus Beatus altero erit impassibilis.

*S. Tho. q. 83. art. 2.* Affirmatiuè responderet S. Thomas: quia sicut membra  
ita & præmiorum, inter quæ etiam recentiorum

libertas gaudebit diuersitate. Enimvero, quavis impassibilitas, cum sit perfectio negatiua, quia est negatio

Impassibilitati beatorum corporum adicietur quodque subtilitas, qua corpus quod unquam, etiam durum & solidum penetrabunt: ita caelos, integritate eorum maiore illa: penetrabunt, quando cum Christo paradisi ingrediuntur. Idque rei subelli, proprium est, ut firmitatem penetratiua: sic acus subtilis dicitur quoque penetratiua. Quantum ad causam effectus huius, dico, tam non esse qualitatem corpori glorioso inhaerentem, quae hanc producat effectum: sed esse perfectum dominium animae gloriose in corpus, quia in virtute penetratiua, quae reliqua omnia corpora non gloriosa penetrare potest, ipsum corpus sibi Angelisque reddit simile: Deo, tanquam causa principali, & corpore ipso, tanquam causa instrumentali & obedienciali ad hunc effectum concutiente.

Subtilitatem corporis gloriosi comitabitur alia, nempe, agilitas, per qualitatem quandam motiua supernaturalem qualitati motiua naturali superadditam, qua corpus gloriosum summa cum velocitate, non motu duntaxat progressiuo & simultaneo; verum etiam, ut probabilis nostri Suarez fert sententia, mutatione instantanea, de vno extremo ad aliud, non pertranscundo medium, sese mouere potest. Huius opinionis videtur quoque esse S. Augustinus, cum docet motum Beati similem futurum cogitationi: vnde quemadmodum cogitatu subito transire possumus de loco ad locum, de vno extremo ad aliud, absque eo quod cogitemus de medio: ad eundem modum se quoque mouere poterit corpus gloriosum. Idem affirmat sanctus Bernardus: Talis erit, inquit ille, Beatorum velocitas, ut possint, si velint, absque omni mora, seu difficultate, ipsam quoque cogitationum nostrarum sequi ad omnia velocitate. Ratio huius

S. Tho. Ad dir. q. 83.  
Suarez 3. p. 10. 2. q. 48. sect. 5.

Suarez diff. 48. sect. 4.

S. Aug. Enchir. c. 90.

Serm. 4. in fest. omn. Sanctoꝝ

UNIVERSITÄT PADERBORN

huius effectus est, quia anima gloriosa in nullo  
 turâ corpore, & simul cum corpore tali operatur  
 bertate, ac si esset à corpore seiuncta: & quia anima  
 ipsam mouere potest in hac ratione motus, vel  
 li, poterit quoque & corpus suum mouere.

Ultima dos corporis gloriosi est claritas  
 dundantiam claritatis animæ; & quemadmodum  
 maior aut minor erit, iuxta maius aut minus Beati  
 meritum, ita quoque maior aut minor lux erit  
 dor corporis. Corpora beata non lucida solum

*Suarez 9.  
 38. scilicet 2.* & pellucida & transparentia erunt, simulque  
 ta & clara instar vitri colorati: & color proprie-  
 tus erit carni corporis humani, claritas qualitas  
 ria, transparentia conditioni densitatis corporis  
 riosi, quæ densitas non ferri; sed vitri densitas  
 erit. Ita affirmat sanctus Gregorius super  
 Job: *Non comparabitur ei aurum aut vitrum*

*Job. c. 28.* harmonia corporis gloriosi obuia & manifesta  
 culis corporeis; non tantum caro; sed etiam  
 ui, venæ, humores, viscera, cum omnibus inter-  
 corporis Beati conspicientur. Quæ sunt non  
 corpora beata propriis induta erunt vestimenta

*S. Anselm.  
 Ber. lib. 10.  
 c. 13.* spondet S. Anselmus negatiuè; *Beati nudi erunt  
 omni decore fulgebunt.* Nudi erunt vestibus  
 bus, at lucis induti vestimentis colorum diuersis  
